



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Subiectio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

rare mollitie tamen, non sodomia pollutam
stuprum est. *Caieta. 2. 2. quæst. 154. art. 6. ad 4.*

Sine fractione claustrî virginei stuprum
non patrat: qua corruptione mulier ma-
trimonio minus apta efficitur. *Caiet. l. c. dub.*
4. Val. t. 3. d. 9. q. p. 3.

Virgo voluntariè se polluens non stuprū,
sed mollitiem, scelus stupro longè grauius,
patrat. *Caiet. l. c. ad 3.*

Primus viri concubitus cum soluta forni-
catio est, non stuprum: neque enim sigillum
amittit, aut custoditur à Patre. *Caieta. l. c. ad se-*
cundum.

Deflorans consanguineam, pollicitus, se
eam in vxorem ducturum, tenetur commu-
nibus expensis dispensationem quærere, qua
non obtenta, illam dotare. *Navar. lib. 4. conf. 5.*
de consang. & affinit.

Subiectio, vide Dominus, Seruus.

Suffragium, vide Indulgentia.

Superior, vide Dominus, Prælatus.

Superior potest vbique capere subdi-
tum, scilicet Prælatus Religiosum, do-
minus seruum, vir vxorem.

Suspensio, vide Absolutio, Censura,
Episcopus.

Suspensus ab officio, non ideò est à be-
neficio; nec suspensus à maiori Ordi-
ne,